

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De restitutionis militum: & eorum qui reipublicae causa absunt. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

LEX VNICA.

Aufam. [†]Glo. intelligit hanc l. quādo procurator habebat speciale mandatū, nā in generali mandato ad causas vel lites nō cōprehenditur causa restitutionis. sed hic dubitatur an sufficiat dicere ad petēdā restitutionē in inte. an autē sit necesse dicere cōtra talē. Pe. tenet hāc secundā partē. Bar. tenet contrariū. & in tali causa. Pe. tenet hāc secundā partē. Bar. tenet contrariū. quia sufficit speciale mandatū, nō autē requiritur singulariter quod habeat similitudinē indiuidui: differētia enim est inter speciē & indiuiduū: sed satis est speciale qd fiat mētio de restitutione in integ. si autē requireretur qd specificaretur causa, vel persona, potius diceretur singulare quā speciale. quod psequere vt no. Bar. in l. i. ff. de don. & etiā tāg. in l. Titius. ff. de lib. & posthu. simi. l. i. ff. de no. per. cū in l. i. si quis in prin. testamētū. de leg. iij. [†]Sed quātiā an hic tutor, vel curator possit petere restitutionē in integ. rē. Doc. dicit qd sic. quia cū habeat legitimā administrationem. nō requiritur aliud speciale mandatū: qā quā possunt fieri cū spālī mātio. possunt etiā fieri ab eo qui habet legitimā administratio. nō vt no. in l. p. res. s. de trāfac. & l. mātio generali. ff. de proc. Sed quid dixi de speciali mātio, procedit qn̄ restitutio peteret principaliter: sed si incidēter, puta in causa in qua procurator habet mandatū fuit latus minor in aliquo articulo: vt quia non potuit infra terminū: certē procurator licet nō haberet mātio. nō incidēter petere, vt in c. suscitata. de in integ. restit. & in c. curam. & quod no. Bart. in l. cū procurator. ff. de ope. no. nuntia. [†]Quid in syndico vniuersitatis dubiū stat, an dicat habere legitimā administrationē. Cy. hic secundū Pet. distinguit. an sit syndicus vniuersitatis ciuitatis, castri, vel villae: & tunc dicitur agere officii publici, & habere legitimā administrationē. l. mune. ff. de defensor. ff. de mu. & ho. ideo nō requiritur in eo speciale mandatū: inuit ergo Cy. qd quilibet vniuersitas facit ciuitatem: castri, vel villae, habet beneficiū restitutionis. sicut minor. l. reipublica. i. quib. ex cau. ma. sed de hoc est ibi magna discēptatio: vt ibi per Cy. Si verō talis vniuersitas nō facit ciuitatem: tunc, vel villam, vt sunt vniuersitates artium: tunc talis syndicus dicitur gerere officium publicū, & sic non habet legitimā administrationē. vnde indigeret speciali mātio. inuit ergo qd tales vniuersitates habent beneficiū restitutionis. tu dic qd vniuersitates quā reguntur per alios: equiparētur minoribus, qui etiam reguntur per alios, & illae habent beneficiū restitutionis: sed si nō per alios, sed per seipsos gerūt negotia eorū: vt sunt vniuersitates amplexantes in vniuersitate scholarium, quā conuocatur in omni negotio praeiudiciali: tunc nō habent restitutionē in integ. & hoc videtur esse de mente doc. vt not. in l. iulian. & ad pecu. l. i. ff. de defensor. ff. de iureiur. magnē autē vniuersitates solent regere per alios, quia difficile est semper eas cōgregare. nec etiā ex parte rei publicae semper cōgregare adunantiā generalem: ideo tunc priores, & consiliarii: sed paruae villae solent sepius totū populum cōgregare: ideo nō habent restitutionē. Tene mēti: quia verba Cy. quae ponit hic, semper allegantur, qn̄ syndicus vniuersitatis dicitur habere legitimā administrationē, & sic equiparetur tutori, vel curator, & quando nō: & sic equiparetur procuratori. Quid nam dixi de speciali mandato, procedit quādo restitutio petitur principaliter: sed si incidēter puta in causa in qua procurator habebat mandatū, & fuit latus minor in aliquo articulo, vt quia nō probauit in termino, certē procu. licet nō habeat speciale mandatū ad restitutionē. nihilominus posset eā incidēter petere. vt in c. suscitata. & in c. coram. de in integ. restit. & quod nocet per Bar. in l. cū procurator. ff. de ope. no. nun.

In integ. restitutione postulata, ne quid noui fiat. Rub.

[†]Indicere appellationē a diffinitiuā, nihil debet innouari in praeiudicium sententiae: & quā pendente causa restitutionis, vel supplicationis

LEX VNICA.

Postulata. [†]Pendēte causa restitutionis in integ. nihil debet innouari. h. d. & sic in hoc equiparatur causae appellationis. vt ff. nil no. app. interpo. nō aut per omnia: quod dicit vt dixi in l. j. si aduer. liber. & in l. j. si aduer. rem iudi. Et glo. exemplificat tribus modis: sed

duo primi tendunt ad hoc, qd pēdente restit. a tutione in integ. nihil sit innouandū in praeiudicium petentis. vnde si petitur aduersus venditionē res vendita non poterit per aduersariū alienari lite pendente. & si fiat contrariū, non transit in eū dominiū, & poterit retractari per viā attentatū. vnde minor nō habebit necesse dare libellum, nec intētare rei ven. contra secundū emptorē. sed iudex aditus super restitutione in integ. ex officio suo retractabit alienationem: auferendo illi rem manu militari. & videtur qd etiam lite pendente super restitutione, sicut in attētatīs pendente appellatione. quod dicit vt plenē no. in c. nō solum. de app. lib. vj. Item ponit exemplū in sentētia lata contra minorē: quia si petitur restitutio aduersus eā, non debet mitti executioni lite pendente. [†]Contra hoc opponitur de c. suscitata. de restit. in integ. vbi mittitur executioni praestita cautione de restituendo, si petens restitutionē obtineat in causa. Sol. illud qn̄ restitutio in integ. non habet executionē in prōptu. quia nō offeruntur probationes in promptu. aliās haberet locum quod hic dicitur. Item habet locū quādo esset suspicio cōtra petentē restitutionē qd hoc faceret animo impedīdi executionem. vt j. de fal. l. satis apertē. quod cōtingit qn̄ habet altiorē indagatiōē. nisi executio esset irrefragabilis, quia tunc indistinctē impeditur: vnde dicit Bar. qd minor nō possit capi pro executione, etiā quādo haberet altiorē indagatiōē. quia illa iniuria capturae nō posset retractari. ad hoc facit quod in simili not. in l. ij. de app. re. ci. & in l. ea lege. ff. de cōdi. ob cau. Quid autē si pendēte supplicatione dicit vt in aut. quae supplicatio. s. de precib. impe. offer. in hoc ergo differt causa restitutionis a causa appellationis: quia pēdente appellatione a diffinitiuā indistinctē nihil debet innouari in praeiudicium sententiae: sed nō sic pendente causa restitutionis, vel supplicationis, quia interdū innouatur praestita cautioe. Secūdo modo glo. intelligit qd nihil innouetur in praeiudicium aduersarij. nam si minor restituitur ad rē, aduersarius debet recuperare pretium, si minor ex eo est factus locupletior. pone ergo qd erat locupletior tēpore litis contestatae, super restitutione postea desinit esse locupletior. dicit gl. quod hoc non nocet aduersario, quominus recuperet pretiū. dicit Pe. qd illud videtur iniquū: quia secundū hoc illa cōtestatio & diligentia quā habuit minor, sibi nocebit. nā si nō fuisset cōtestatus, quicūq; perdidisset pecuniā, damnum non erit suum: sed aduersarij. nunc est suum. & hoc est cōtra l. nō solet. de reg. iur. quia contestatio non solet nocere actori, sed prodesse: dicit ergo Pet. glo. istam procedere si minor recusabat restituere pretium, & super hoc erat litigium: cum tamen saluum esset si restituit. & non fuisset perditum: sed si super hoc non contendebat minor: imō paratus erat restituere, dūmodo restitueretur sibi res, locum habet oppositio. nec ista glo. d. ceret verum. tene menti.

De restitutionibus militum: & eorum qui reipublicae causa absunt. Rubrica.

- [†]Tempus ad quod sit restitutio licet sit minus quā tempus infra quod potest restitutio peti: tamen datur intergrum tempus ad petendum.
- [†]Tempus bonorum possessionis petende, currit absenti causa rei publicae.
- [†]Impedito de facto an currat tempus.
- [†]Si fuit absens causa reipub. etiā si potuit mittere procura. & nō misit, ei nō imputatur. Quid in absente non causa reipub. sed probabili tamen, ut studiorum, vel mere autiarum. Quid in absente nec ex causa reipub. nec probabili.
- [†]An ille qui potuit alium facere per se, teneatur mittere procuratorem.
- [†]Absens causa reipub. si leditur in lapsu temporis, habet beneficiū restitutionis, ut subducatur tempus absentiae: & illud ad hanc res suos transmittat.
- [†]Minor qui decessit hereditate non alita, an transmittat beneficiū restitutionis in integ.

LEX I.

Valerianus. [†]Beneficiū restitutionis in integ. quod inceptū cōpetere defuncto, trāsmittit ad hāredē eius. Secus si nō inceptū cōpetere, qā nō fuisset latus functus in eius vita: licet legat in morte. qā quod nō habuit, trāsmittere nō potuit de rigore iuris. h. d. illa l. subtilis valde: sed de aegritate bñ trāsmittit. vt l. pātonius. ff. de acq. her. per quā ista l. singulariter supplet. dicit tñ Pet. qd tūc hāres nō restituit ex psona defuncti: sed ex psona psona. sed hoc vī impossibili

[†]Magnae autē. Et qd magnae vniuersitati & non paruae datur restitutio in inte. adde eundē Pau. de ca. in cōsil. cccxv. Bar. cepol. in l. cū qui v. cūgal. q. ij. ff. de ver. sig. Fran. Cur.

[†]Pendēte appellatione. Adde l. quādam mulier. ff. famil. er. & in l. scio. in §. fin. ff. de appel.

Pauli de Castro Prima super Codice.

le: & impubliaret contradictionem quod veniat tanquam ha-
res: & non veniat ex persona defuncti: sed propria, secundum Bal-
lideo dic quod veniat ex persona defuncti. non de rigore: quia bene-
ficii restitutionis non inchoat competere defuncto ante mortis arti-
culum: sed incipit competere in mortis articulo, sed in cuius persona
radicatur. In defuncto non videtur radicari: quia esset radicatio momen-
tanea, propter hoc Pe. dicit quod radicatur in persona haeredis. Tu
dic quod radicatur in persona defuncti, quia eo ipso quod incipit mori,
etiam antequam perfecte sit mortuus, laesio completur: quia tunc in-
cipit esse certum quod mortuus amodo non poterit adire, vel bono-
rum possessionem petere. arg. in l. pen. ff. qn. di. leg. ced. & in l. si filius
haeres. de libe. & posthu. & l. si. de codi. insti. & si dicatur. si ita est.
ergo transmittitur de rigore iuris: quia si in vita defunctus fuit
laesus, eodem puncto incipit sibi competere beneficii restitutionis: er-
go ipsum transmittit de rigore per hanc l. tunc contrarium patet per
d. l. Pantronius. ista oppositio semper fecit me dubitare: sed dic
quod illa laesio licet compleatur in articulo mortis, antequam perfecte sit
mortuus. tamen hoc non contingit propter absentiam, quae facit restitu-
tionem competere: sed contingit propter mortem, quae non facit eam
competere, quia moriens hereditate non adita, vel bonorum posses-
sione petita, non transmittit hereditatem, nec beneficium restitutionis
ad eam ad eundem: sed hoc quia hic si non fuisset absens, verisimile
est quod non distulisset usque ad mortis articulum: & sic absentia fuit
causa differendi. idcirco licet de rigore non transmittatur beneficium
restitutionis. quia lesio contingit propter mortem, quae in hoc non
est privilegiata, tamen transmittit de aequitate, quia propter absentiam
distulit: sed si non fuisset absens, non transmitteret: haec est subti-
lis imaginatio illorum duorum iurum. ¶ In tex. ibi: ¶ intra annum velle. ¶
Dic hic est casus quod licet tempus ad quod sit restitutio, sit minus tempus
tempus infra quod potest restitutio peti, nihilominus datur inter-
grum tempus ad petendum. nam hic loquitur de bonorum possessione
ex linea transuersali. quae debet peti infra centum dies, ut colligitur
ibi [post exactos dies. ¶] illa vero quae deferretur ex linea ascenden-
tis, vel descendens, debet peti infra annum. unde de illa non lo-
quitur, quia diceret post elapsum annum. & tamen si illi centum dies la-
psi sunt in absentia, & ad eos sit restitutio, datur annus utilis in-
tra quem petat & fiat restitutio, qui annus continet. ccc. lxxv. dies.
ut l. cum haeres. §. si filius si haeres. ff. de sta. lib. & hodie daretur qua-
triennium continuum, ut in l. si. de temp. in teg. resti. Quidam legistae
tenuerunt contrarium, quod tunc dabatur utilis annus, & hodie datur
quadriennium, quoniam petitur restitutio aduersus contractum, vel quoniam pe-
titur aduersus lapsum tanti temporis quantum est hodie quadriennium.
Sed si aduersus lapsum minoris temporis, dicebant non dari maius
tempus ad restitutionem petendam, quam sit illud a quo petitur restitu-
tio. Alij dicebant contrarium, quod quatenusque modicum sit illud tempus ad
quod datur restitutio, puta decem dierum lapsum in absentia, nihilomi-
nus olim dabatur annus utilis & hodie quadriennium. & illa opinio ap-
probat in cle. j. de in. rest. certe est etiam casus in hac l. si bene co-
sideres. Aduertendum tamen quod licet detur integrum quadriennium hodie
ad eam finiendam, debet tamen inchoari infra tantum tempus quantum est il-
lud ad quod sit restitutio. Unde si fiat ad decem dies debet infra decem dies
inchoari. & si fuerit inchoata, poterit expediri usque ad quadriennium
nisi: sed si non esset inchoata infra decem dies excluderet a restitutione
petenda. gl. est ordi. in l. Diuus. in vlti. gl. & in l. si. in prin. glo. ma-
gne. ff. de in. integ. resti. & sic negligentia tanti temporis in inchoando
quantum est illud ad quod datur restitutio, excludit restitutionem. Canonistae
tamen sentiunt contrarium in illa cle. & dicunt hoc esse de mente istius
tex. quod sufficiat inchoare infra quadriennium quicunque: dummodo in-
fra quadriennium expediat. ut ibi no. gl. sed Bar. tenet contrarium in l.
ab hostibus §. sed quod simpliciter. ff. qui. ex cau. maio. sustinendo
gl. praedictas: & ad illam cle. respondet, quod potius facit probandum suum in-
tellectum. Ego respondeo clarius, quod illa cle. non dicit aliquid de in-
choatione: sed bene dicit de finiendo: quod causa restitutionis debet fie-
ri infra integrum quadriennium, etiam cum datur aduersus lapsum mi-
noris temporis, sed infra quantum tempus debeat inchoari. illa cle. non de-
clarat. ideo standum est in hoc praedictis gl. illud tamen modicum tempus
infra quod debet inchoari: non incipit currere nisi post reuersio-
nem, & post lapsum alterius modici temporis, quod datur ad compo-
nendas sarcinillas, & querendum aduocatum, & procuratorem. de quo
loquitur ille §. sed quod simpliciter. prout determinat Bar. post prin. il-
la & multa alia circa illam materiam. de qua in l. quod tempore. j. eod.
& sunt de apicibus iuris & pauci intelligunt. & multae sunt diuer-

sitates inter doc. de quibus per Cy. in l. si. j. de temp. in integ. resti.
In sex. ibi: [post exactos dies. ¶] sic ergo ante dies exactos mor-
tuus est, puta post lapsum l. dierum cum restarent adhuc alij. l. tunc
quia non erat adhuc exclusus a bonorum possessione per lapsum tempo-
ris, non competebat sibi restitutio quae non competit nisi laeso, & ille non
erat laesus quousque vixit: ideo ad haereditatem non transmittit beneficii
restitutionis: quod ipse non habebat de rigore iuris a contrario sensu huius
ius tex. est ergo hic casus contra la. de are. g. dicebat (ut refert Cy.
in l. si. j.) quod si alicui cucurrit in absentia aliquod tempus praescriptio, non
tamen totum, & cum praescriptio non esset completa, reuertitur est: & sic po-
terat adhuc agere de iure cōi, quod nihilominus statim post reuen-
sionem potest petere restitutionem in integrum, ut de praescriptione subdu-
cat illud tempus quod cucurrerat in absentia eo quia actio sua erat effe-
cta per hoc breuioris vitae. nec obstat: quia restitutio non concurreret
cum auxilio iuris cōi: ut in l. in causae. in prin. ff. de mino. quia ve-
rum est ad id: sed ad diuersa potest concurrere: ut eo l. Pōponius, sed
hic de iure cōi potest adhuc agere ad rem, cum praescriptio non sit co-
mpleta. Ista vero restitutio non datur ad rem: sed datur ad subducendum tempus
sed haec opinio improbat per doctores. & est casus hic contra est: quia si
esset vera, competere beneficii restitutionis, etiam si decesserit ante dies
exactos, ad subducendum illos dies exactos: ergo & illud transmi-
teret ad haereditatem, cuius contrarium hic patet a contrario sensu. Non
obstat quod actio sit effecta breuioris vitae: quia hoc non est consi-
derandum. postquam potest adhuc agere: & residuum praescriptionis in-
terruptum secundum Pet. qui reprobatur la. de ra. per l. pater g. castre
se. ff. de castrensi pec. quae est lex optima ad hunc. ¶ Not. primum ex
hac l. quod tempus bonorum possessionis petendae currit absenti cā reipublicae. & in
hoc minor est melioris conditionis quam absens: quoniam a cursu temporis
minor ipso iure seruatur illaesus. ut in l. si. in qui. cau. absens vero
non: hoc tamen intellige, si absens sciebat bonorum possessionem sibi delatam: & sic licet
non potuerit eam petere per seipsum propter absentiam, potuit tamen eam pe-
tere per procuratorem de iure: ut in l. si. §. acquirere. ff. de bonorum posses-
sione. Sed si ignorasset, non curreret: quia tunc nec per se, nec per alium pe-
tere potuisset de iure, sicut non potest adire hereditatem, qui ignorat
eam sibi delatam. Sed tunc opponitur: si potuit eam petere per procuratorem,
non restituitur: quia fuit negligens immittendo ipsum, & negligens
iura non subueniunt: sed impedito. l. non enim. ff. quib. ex cau. ma.
ista oppositio & praecedente sentit gl. mag. in vers. [sic quod].
& respondet quod potuit habere procuratorem, quem non habet militia im-
peditus. unde videtur sibi ipsi contrariari dum primum dicit quod potuit
habere procuratorem, & postea dicit quod fuit impeditus propter mi-
litiam habere. nam si fuit impeditus, ergo non potuit habere. cuius
contrarium glo. s. dixit. Sol. glo. est ille potuit habere. i. potuit de iure
bonorum possessionis petere per procuratorem: sed de facto propter militiam
fuit impeditus ipsum habere: quia forte non reperit. & haec est causa
concedende restitutionis. primum vero est causa quod tempus currat
ipso iure, sed tunc oppo. extra glo. ¶ si fuit impeditus de facto: op-
pus non debet currere. quoniam ad hoc ut currat tempus utile,
necesse est quod non subsit impedimentum iuris, vel facti. ut in l. j.
de diuer. & temp. praescrip. illa vero sunt contraria quod currat,
& quod detur restitutio, primum enim praesupponit quod non
fuit impedimentum, secundum praesupponit quod fuit. Quidam da-
cunt quod bene fuit impeditus de facto, non tamen per omnia, quia
bene potuisset (si voluisset) laborare in habendo: sed non ita fa-
ciliter potuit habere, sicut si fuisset praesens: sed istae sunt truitae.
Dic ergo quod debet intelligi. etiam quoniam non fuit quoquo modo impe-
ditus de facto: & sic potuit de iure & de facto petere per pro-
curatorem, si voluisset. merito cucurrit sibi ipse. tamen ideo datur restitutio
quia postquam erat absens cā reipublicae non potuit sibi im-
putare quare non misit procuratorem, quia cautus praesepsum fecisset. opo-
nebat enim informari an hereditas esset soluenda, vel non. ne im-
plicaretur oneribus hereditariis, & hoc diligentius fecisset per
quam per procuratorem. unde posito quod potuerit, & non misit
eum, non dicitur fuisse negligens: ideo datur restitutio: licet glo. hic in
ver. [secus si fuisset.] dicat contrarium. & non bene. sed si fuisset ab-
sens non ex causa reipublicae, sed probabili, ut propter mercantiam,
bene imputaret sibi quare non misit sibi procuratorem, si non fuit im-
peditus de facto: & tunc posset praecedere gl. secus si non potuit de fa-
cto. l. nec non. in prin. ff. qui. ex cau. ma. si vero fuisset absens ex causa
necessaria, & non probabili: tunc etiam si fuisset impeditus mittere
procuratorem de facto, non subuenit sibi. ut in l. Papinianus ex cau.
l. ff. de mino. Et sic intelligo tres casus. ¶ Primus fuit in absentia
causa

et reipublice: & isti etiam si potuit de facto mittere, & non mi-
litem est imputandum: postquam per seipsum fuit impeditus: Se-
cundus casus in absente non est reipublice, probabili in occasione:
ut si adionem, vel meclitatum: & isti non imputant si potuit: & non mi-
litem est imputandum: nec probabili. & isti imputantur. etiam
non ex causa reipublice, nec probabili. & isti imputantur. etiam
si non potuit de facto mittere, de iure autem quilibet istorum mi-
litem potuit procuratorem. ut in d. §. hoc iure. & hinc sumpta occa-
sione Cy. ponit hic una longam distinctionem an ille qui non po-
tuit a factum facere per se, teneatur mittere procuratorem: & si non
miserit, an sibi imputetur. de quo etiam tangit Bar. in l. ij. ff. si quis
causam. §. Secundo non. q. absens causa reipublice si laedatur in la-
psum, habet beneficium restitutionis: ut subducatur tempus absentiae.
ut infra eo. l. §. tempore. Tertio not. quod illud transmittit ad hanc
de iure. contra hoc opponitur. nam ille non excluditur propter ab-
sentiam sed propter lapsum temporis: si enim tempus non fuisset la-
psum, absentia est non excluderet: sed lapsus temporis: non est causa
restitutionis concedere alias frustratoria essent iura, quae dicunt
non petentem bo. poss. infra tempus excludi ab ea, sed non obsta-
re exclusioni haberet restitutionem in integ. So. ut in si. glo. quia verum
est q. lapsus temporis excludit: tunc verisimile est quod si non fuisset
absens, non permississet labi tempus. excludit ergo lapsus tempo-
ris propter absentiam: & ideo datur restitutio de rigore. Sed tunc
extra glo. opponitur. si hoc idem debet esse, si excludatur per mor-
tem: & non per lapsum temporis: ut si decessisset ante dies exa-
ctos: licet enim lapsus temporis adhuc eum non excluderet: ita
non excludit ipsum mors, quae de se non est privilegiata: ut fa-
ciat restitutionem concedi. alias frustratoria essent iura dicentia hanc
restitutionem non agnitam non transmitti, si hoc non obstante daretur
restitutio hereditatum, quia verisimile est quod si non fuisset ab-
sens, non distulisset usque ad articulum mortis. idcirco dicitur Doc.
q. transmittit restitutionem de aequitate. ut in l. Pantoni. ff. de acqui-
sitione. quare cum non transmittit de rigore? Doc. dicunt qd. laesio
non contingit propter absentiam, sed propter mortem, & ego di-
co q. non contingit propter mortem tamen, sed propter causam consum-
tam: licet absentia, sicut contingit, propter lapsum temporis tamen
hanc cum absentia. si ergo exclusio proveniens ex lapsu te-
poris mediante absentia est causa transmittendi de rigore, eadem
tunc videtur q. exclusio proveniens ex morte mediante absen-
tia debet esse causa transmittendi de rigore. Cuius contrarium dicitur
doc. per d. l. Pantoni. nec video responsum ad hanc oppositionem.
Vnde possumus dicere q. utroque casu transmittatur de rigore: et q.
hic non debeat sumi argumentum a contrario sensu. & reperitur con-
trarium in l. v. d. l. Pantoni. & quia laesio contingit in vita cum in-
cipit mori, & decessit ante dies exactos, sicut quando decessit post q.
autem decessit in l. Pantoni. de aequitate q. non referatur ad trans-
missionem: sed ad restitutionem in integrum. quae semper concedi-
tur de aequitate, non de rigore. transmissio vero sit de rigore. Et
istud inducitur ad questionem de minore qui decessit hereditate
non adita, ut licet non transmittatur beneficium restitutionis in inte-
grum, quia non fuit laesus quousque vixit, cum semper potuerit adire:
quia non decessit in mortis articulo, scilicet cum incipit mori, antequam
poterit sit mortuus, quia perdit voluntatem. sine qua adire non pot-
est. Illud contingit verisimiliter propter minorem etatem. quia creden-
dum est q. si fuisset maior, non tamen distulisset transmittere bene-
ficiam restitutionis. Doc. dicunt de equitate. Nos possumus dicere
eandem rationem etiam de rigore. et de hoc plenè per Bar. in l. q. duos
de reb. dub. quae opinio cõter servat. tanq. utilis: licet quidam
distinctiones ipsam impugnet. sed do. Rapha. post impugnationem
et subducit. licet audierim q. do. Rapha. cu. tenebat contrarium.

L E X.

I I.

Quid. Absens causa reipublice restituitur ad-
versus praescriptionem quae currit tpe absen-
tiae super re sua, vel super actione personali sibi cõpete-
re, & hoc infra annum utilem q. incipit currere post reuer-
sionem. h. d. in tex. ibi. [diminutum est.] gl. exponit usufructum, vel
praescriptionem. & sic perdidit actionem realem. rei vendicationem. ut dif-
ferat à sequenti. in tex. ibi. [actione.] subaudi personali qua debi-
tor erat obligatus actione aliqua temporalis, ut redhibitoria, vel
quod minoris. vel actione de dolo, quae tollitur tempore. Nam illae
praescriptiones currunt ipso iure absentis. ut s. l. p. xima. licet non cur-
rant minori. & no. quia illa l. recitat effectum edicti praetoris facti sup

haec materia. de quo habetur in l. j. ff. eod. &
põdera. quia illa verba proferuntur in rem
non in personam. dñ dicunt [si quid de bo-
nis eorū diminutum. est &c.] sed edictum
de minoribus loquitur in personam. ga dicit
q. cū minore gestū esset &c. ut ff. de mino.
l. j. §. j. & hoc est utile propter unum quod
habetur. j. eo. l. si cum militaribus. vbi gl. a.
quiparat absentiam minori. sed do. Rapha.
nō placet ibi illa equiparatio propter id qd
dixi: ut ibi tagam per hanc. l. in tex. ibi [intra
annum utilem] iste annus non currit durā-
te absentia: licet alia tempora bene currant. ut
s. dixi. quia si curreret, adversus cursum restitueretur: & sic dare
tur restit. ad restituendum. qd esse non debet sicut nec currit mino-
ri durante etate: ut hęc habent in l. interdum. ff. de mino. & infra
de in integ. resti. l. si incipit ergo currere post reversionem: & si an
cursum cõpletum iterum se absentaret causa reipublice, desine-
ret currere: & post reversionem reinciperet. ut ff. qui. ex cau. ma. l.
nec nō. §. si quis sepius. & postquā totū est decursum in praesen-
tia, non restitueretur, nec adversus dictū cursum, nec adversus
laesionem cõtingentē in absentia. ut j. l. proxi. in si. in ver. postea quā.
vbi probantur praedicta. Hodie verò datur quadriennium conti-
nuum. ut in d. l. si. ad inchoandā & finiendā causā restitutionis. in quo
tempore dic per omnia idem quod supra dixi in anno utili. cū lo-
co eius succedat. ar. ad hoc. j. de non nu. pe. l. in cõtractibus. in fi.
princi. dum dicit. licet biennium pro quinquennio statutum est.
¶ Ille qui fuit absens causa reipublice si petat restitutionem adversus praescriptionem
an debeat fieri duo iudicia: scilicet unum per quod rescindatur usufructio, vel praescrip-
tio, & aliud per quod vendicetur res. & nu. i. & s.
¶ Tempus datum ad petendum restitutionem, an incipiat statim currere eo reverso? &
numero. i.
¶ Quando datur restitutio ad tempus lapsum in absentia, an semper datur quadriennium
licet fuerit absens mino. tempore quā per decem dies tantum
¶ Si incipi contra te absentem praescriptionem. xxx. an. & tu stiveris absens per annum
tantum. postea reuersus tacuisti per. xxix. an. quibus potuisti agere, & nō egisti an
finito tempore praescriptionis habebis adhuc quadriennium ad petendum restitui-
tionem?

L E X.

X X I I I.

Quod tempore. Lex ista legitur duobus mo-
dis. ¶ Primo secundū lect. Mar. secundo secundū lect. Bul. Debes enim scire qd
inter praedictas glossatores super eo quod dicitur. s. l.
proxima. fuerunt contrariae opi. in duobus. Primo quia Mar. te-
nuit quod tunc sit verum quod absens causa reipublice post re-
uersionem restituitur adversus praescriptionem: vel usufructio-
nem rei suae quando dicta praescriptio vel usufructio fuit com-
pleta durante absentia, vel completur post reversionem infra
modicum tempus. quod relinquatur arbitrio iudicis, quod datur
ad componendas sarcinulas, & querendum aduocatos, & pro-
curatores, quod quidem tempus habetur pro absentia. cum in il-
lo sit impeditus propter praedicta. & propter absentiam praeteri-
tam. ideo est privilegiatum tempus absentiae. sed si completur
post reversionem: & post modicum tempus, tunc quia fuit ne-
gligens in agendo cum posset, non restitueretur ad subducen-
dum de praescriptione tempus q. currit in absentia: & dicit esse
casum de his omnibus in l. ab hostibus. §. sed qd simpliciter. cum
l. seq. ff. quib. ex cau. ma. ¶ Secundo Marti. fuit in opi. q. non de-
beant fieri duo iudicia. l. vnum per quod rescindatur usufructio,
vel praescriptio. quod dicitur iudicium rescissorium: & expedis
iudicis officio nobili, & aliud per quod vendicetur res sua per
utilem rei vocationem quae dicitur rescissoria, quia frustra sit
per plura, quod potest fieri per pauciora, unde ipse tenuit quod
in eodem libello debeat petere usufructio, vel praescriptionem
rescindendi, & rem suam sibi restitui. sed Bul. in utroq. dicto fuit in
contraria opin. ¶ Primo quod licet usufructio, vel praescriptio non
fuerit completa in absentia, vel infra modicum tempus post re-
uersionem: sed dudum post, nihilominus ea completa, & non an-
te cum ante possit agere de iure communi, petere possit restitu-
tionem in inte. ad subducendum tempus quod currit in absen-
tia: & quod annus utilis, q. olim currebat ad petendam restitutio-
nem. & hodie quadriennium, non incipit currere dicto casu statim eo
reverso, vel statim post modicum tempus: sed post cõpletam usu-

p

Pauli de Castro Prima super Codice.

¶ Durat anno. An iste annus saepius habetur pro completo videlicet si annus de iudi. lib. vi. & ibi Arch. & Doc. gl. in c. subdiaconus. lxxvij. dist. gl. in c. cu in cun. de elec. glo. & doc. in c. cum vigesimum. de offi. deleg.

¶ prius erat directa: & durat anno. licet prima esset perpetua de qua loquitur l. fi. j. quib. ex cau. ma. debet institui novum iudicium infra annum, per quod vendicet rem suam, si perdidit actionem, realem seu dominium vel si actionem personalem, agat actione utilis ad condemnationem adversarii quia frustra iura inveniunt ista duo remedia: scilicet officium iudicis nobile: per quod sit restitutio, & dicitur rescissorium: & actionem rescissoriam ad rem vendicandam, ut in l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. ff. de actio. & oblige. si sufficeret vnum tantum iudicium: & pro illa opin. facit d. §. sed cum rescissa. & d. l. fin. & quia illa l. est obscura, & potest induci in utroque dicto pro mar. & etiam pro Bul. ideo quilibet eorum ponebat casum suo modo ut probaret suam opin. & non opin. alterius, & gl. ponit casum: ut clarius detur intelligi in vscapione triennij, & sic in re mobili militis vscapta tempore absentiae: quia Mar. vult quod vscapio fuerit completa in absentia. unde ponebat casum quod ego incepi vscapere titulo & bonafide quandam rem mobilem cuiusdam militis ipso praesente, & tenui & possedi eam per biennium postea se absentavit causa rei publicae: & ipso absente per alium annum qui restabat completi vscapionem, dicitur hic quod ipso infra annum utilem a die reversionis potest petere contra me restitutionem in integrum ad rescindendum vscapionem, & vendicandam rem suam: quia petit in eodem libello vscapionem rescindi, & rem suam restituui. Sed si taceret per annum a die reversionis, amplius non audiretur, et quod hic fuerit vscapio completa in absentia, ipse probat per istum tex. dum dicit quod annus utilis incipit currere statim post reversionem, nam si non foret completa etiam secundum Bul. non inciperet currere statim post reversionem: cum adhuc posset agere de iure communi, sed inciperet currere post eam completam. Sed contra ipsum quod vscapio non sit completa in absentia facit tex. in versi. [possessum]: quia non dicitur quod fuerit vscaptum vel prescriptum, sed duntaxat possessum unde dicit Bul. quod fuit completa post reversionem & etiam post modicum tempus: sed Mar. supplebat ad text. dum dicit [possessum] subaudi & vscaptum. Item contra ipsum Mar. facit tex. dum dicit [medij temporis] quia ponendo casum prout ipse ponit, ille annus ultimus qui cucurrit in absentia, non dicitur tempus medium vscapionis: sed dicitur ultimum sed Mar. dicebat quod tex. non dicit de tempore medio vscapionis, sed de medio inter primam praesentiam antequam se absentaret, & secundam postquam fuit reuersus & certe ille annus ultimus vscapionis fuit medius inter dictas praesentias: sed Bul. propter praedicta ponebat casum alio modo, & inducebat istam l. pro sua opin. ego incepi possidere titu. & bonafide rem quandam mobilem cuiusdam militis, & tenui ipsam per annum ipso praesente, postea se absentavit, & stetit absens per annum, postea reuersus est, & post reversionem tacuit per alium annum, & sic completi per vscapionem partim ipso praesente, & partim ipso absente dicitur hic quod ea completa poterit infra annum utilem petere restitutionem, vel subducatur de vscapione ille medius annus, qui fuit tempus medium vscapionis inter primum annum & ultimum: quo subducto instituet novum iudicium vendicando rem suam vel rei vendicatione, sed post lapsum anni si tacuit, amplius non auditur & tenendo istam lect. istud verbum [possessum] stat proprie & nihil debet subaudiri, & similiter illud verbum [medij temporis] stat proprie, & intelligitur de medio tempore vscapionis: quia principium & finis vscapionis fuerunt in praesentia: sed medium fuit in absentia & illud tantum subducitur contra istam tamen lect. facit text. ille dum dicit annum utilem inchoari statim post reversionem: quia si vscapio non erat completa in absentia, etiam secundum Bul. restitutio non concedebatur nisi post vscapionem completam: cum prius posset agere de iure communi ergo nec annus ad petendam restitutionem debet incipere

re nisi post completam vscapionem: quia non debet incipere tempus ad agendum antequam agere possit: sed officium iudicis ad petendum restitutionem non oritur nisi post completam vscapionem: ergo nec tempus ad ipsum implorandum incipit ante currere. Bul. fatebat & supplebat tex. dum dicit dicit. [postea quia in reipublice causa abesse deijt.] supple et post vscapionem completa non est extranea ista suppletio: quia & alibi in simili fit in l. iij. §. si qui heredi. ff. de sta. lib. vbi dicitur infra annum a die mortis. & in suppletur, & aditae hereditatis, & illam opi. Bul. tenuit Dy. in l. i. de act. §. rursus. Bar. & Bal. hic, sed lect. Mar. tenuerunt Pe. & Cy. & tenet etiam do. Rapha. & ego etiam semper tenui tam hic quam in §. sed quod simpliciter. et ille §. si quis saepius. in quo principaliter se fundat Bul. nihil faciat pro eo, quia potest intelligi sine quocunque inconuenienti, quod etiam vbi fuit vscapio completa in absentia. & eodem modo omnes leges quas Bul. adducit pro se. Nam ille §. sed quod simpliciter. vbi Mar. se fundat, ita clare videtur probare suam opi. quod non sit ad ipsum dare responsum. Or videte quare ista lege che est reputata difficile, vbi intendere te testis pero che la intendere vno puto paruulo. Cetera dic & declara ut plenius no. per Bar. in §. sed quod simpliciter. Et quod gl. mag. circa fin. ibi dum dicit [si tanto tempore &c.] recitat vnam opin. quam reprobat in l. j. per illud tex. & hodie clarius hoc declaratur, & reprobat in ele. j. de resti. in integ. quod quando datur restitutio ad tempus plenum in absentia, non semper datur quadriennium: sed ita demum si illud tempus erat tantum quantum quadriennium, vel maius. Si autem minus, tunc ad petendam restitutionem non datur nisi tantum tempus quantum est illud ad quod peritur restitutio: ergo si illud non est nisi decem dierum, non dabuntur nisi decem dies. quod est falsum ut probatur per d. l. j. §. eo. bene tamen est verum quod in fra decem dies debet inchoari iudicium restitutionis et postquam erit inchoatum, poterit durare per quadriennium secundum gl. nostras iuris ci. in l. diuus. & in l. fina. de in integ. re. licet gl. iura canonici dicat contrarium, ut ibi dixi. Licet autem illa gl. non procedat in tempore restitutionis petendae: quia illud semper est vni forme, procedit in tempore restituendo: quia licet iura dicant quod actio rescissoria utilis, quae competit data restitutione, duret annus, ut in l. fi. j. qui. ex cau. ma. & in l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. ff. de act. & oblige. illud tamen debet intelligi quando esset laesus in anno, vel ultra quia tantum stetit absens. Sed si minori tempore, puta per mensem, talis actio non duraret nisi per mensem: quia non restituit nisi mensis: & de hoc est casus in l. fi. ff. de mino. & l. si debitor. §. si ff. ad velleia. & not. p. Cy. in d. l. fi. in vj. q. j. qui ex cau. ma. Item scias quod tenendo op. Bul. sequeretur tale inconueniens quod si inceperet contra te absente praescriptionem xxx. annorum: & tu stetisti absens per annum, tantum, postea fuisti reuersus, & tacuisti per xxix. annos, quibus potuisti agere, & non egisti, finito tempore praescriptionis habebit adhuc quadriennium ad petendum restitutionem, ut subducatur iste primus annus, & restitutione concessa poteris vendicare usque ad annum & eodem modo si inceperis talem praescriptionem contra te minorem, & post primum annum effectus es maior, & tacuisti per xxix. annos, et postea habebis quadriennium, ut subducatur ille primus annus: & sic in quinquagesimo quinto anno tuae aetatis restitueris propter minorem aetate, quod lac. de Ra. & Pe. visum fuit valde inconueniens: ut in senectute restituaris. Ideo dixit Iaco. de Ra. quod imò ad subducendum istum primum annum incipit currere quadriennium statim te reuerso, vel maiore effecto quia actio tua fuit effecta breuioris vitae: sed glo. hic secundum Bul. ibi. Tanto quam enim compleatur vscapio. Jtenet contrarium cum adhuc possit agere de iure communi: & ego in l. j. §. eo. dixi esse ibi casum contra eum. Pet. autem propter hoc inconueniens recessit ab op. Bul. & tenet opi. Mar. quod non restituatur nisi compleatur, praescriptio in absentia, vel in modico tempore post reversionem in minori aetate: sed tunc de modico tempore post minorem aetatem non est tractandum: quia illud non datur. ut no. gl. in l. j. §. si aduersus rem iud. qualiter ergo respondetur ad tale inconueniens per illos qui tenent opi. Bul. ut est Cy. Bar. & Bal. hic licet idem Bar. in §. sed quod simpliciter distinguat inter praescriptionem longissimi temporis, in qua dicit habere locum opin. Bul. quia qualibet pars temporis operatur suum effectum in tali praescriptione & praescriptionem longi temporis in qua non fit imò dominij praescriptionis est ille qui operatur effectum, scilicet acquisitionem dominij.

domini. Et in ista dicit habere locum opi. Mar. sed salua reue-
rentia sua potius deberet dici totum e converso, si bene conside-
retur. hic vero simpliciter tenet opin. Bul. Ad praefatum autem
inconueniens respondet in §. sed quod simpliciter. quod si post
reuerſionem non fuit in sua potestate praescriptionem interrum-
pere, nunc nullum est inconueniens. quod post eam finitam re-
stituitur. licet post tam longum tempus. & idem dixit Iaco. de
are. limitando opi. Bul. vt tollatur tale inconueniens. q. dicta o-
pinio intelligatur quando reuerſus ignorabat contra se praescri-
ptionem coepit: quia forte nesciebat re illam fuisse suam. Vñ
autem est q. ea finita, licet per longum tempus restituatur. certe si
ignorauit, non solum restituitur ad illum annum absentiae: imò
ad totum tempus praescriptionis decursum ex clausula generali si
qua mihi ista causa esse videbitur. prout determinat Bar. in l. j.
ubi quis in venditione. ff. de i. act. q. priua. & est glo. ordi. in l.
i. ff. de i. act. q. priua. opi. ergo Bul. qui dicit restitutionem fieri
inductat ad tempus absentiae debet intelligi qñ sciebat. & tunc re-
manet inconueniens. Bar. autem tunc fatetur quod si potuit in-
terrumpe cursum praescriptionis, & tacuit per integrum qua-
drimum: quod illa negligentia corrodatur & consumat tempus
restitutionis petendae: & sic amplius non audietur. sed glo. quae
est hic sentit q. negligentia in agendo commissa ante completam
praescriptionem non absorbeat tempus restitutionis petendae sed
ista quae committitur post completam praescriptionem in peten-
da restitutionem, bene absorbeat de tempore restituendo. & ita
intelligit §. sed quod simpliciter, in quo Mar. se fundat. & hoc
vult glo. ibi. [tandem enim minus restituetur. quanto fluxit post
modicum tempus, completa tamen usufructu.] Breuiter istae
sunt resolutiones mirabiles: ideo nullo modo placet opi. Bul. &
adhuc in quibus se fundat. responde vt §. dixi. quia sine aliquo
inconuenienti pñt intelligi quando praescriptio fuit completa in
absentia, & miror q. isti doc. sequuntur opinio. Bul. & praedicta
emula quantum ad primum articulum. in quo Bul. & Mar. fue-
runt discordes quantum ad secundum. in quo Mar. vult
q. non sit nisi vnum iudicium, quod expediatur iudicis officio
nobile & quod rescindatur usufructus, vel praescriptio, & restitua-
tur res. Bul. autem vult quod sint duo. doct. nostri dicunt q. aut
vbi qui fuit absens fuit laesus in absentia tam in possessione qua
in dominio: quia ipso absente incepit praescribens possidere: &
praescriptio tunc sit vera opi. Mar. qui vt restitutio sit repositio
in primum statum. & ipse an absentiam possidebat, et habebat
dominium, & propter absentiam perdidit vtrumque: ideo ad vtrum
que recuperandum sufficit proponere iudicis officium nobile
per quod rescindatur praescriptio: & restituetur res. & dicunt ef-
se eadem de hoc in l. si sine haerede. §. interposito. ff. de adm. tur.
& in l. i. pro. §. item ei. ff. qui. ex cau. ma. nec tunc iste petens
restitutionem habebit necesse probare dominium rei: sed solam
possessionem ante absentiam, ex qua praesumebatur dominus:
aut non fuit laesus in possessione propter absentiam quia praescri-
bens incepit ante possidere. sed compleuit praescriptionem
ipso absente. & tunc sit vera opi. Bulg. quia reuerſus implorabit
officium iudicis rescindens & petet praescriptionem vel usufruc-
tum rescindi: quia in illa tantum fuit laesus. qua rescissione
tanta inest vtilitas in alio iudicio. et ita intelligatur. d. l. in ho-
minibus. sed cum rescissa dicit autem Cy. secundum Pet. q. in
primo iudicio rescissorio habebit necesse probare summam de
dominio illius rei: vt videatur q. interest sua restitutionem peten-
ti in secundo iudicio habebit necesse probare plenè se fuisse
dominum ante praescriptionem. & sic in primo iudicio probare
plenè de dominio: talis probatio cum sit facta praeter naturam il-
lus iudicij, quod cum sit praeparatorium vel rescissorium, non
requirit plenam probationem: talis probatio non facit fidem
in secundo iudicio: sed erit necesse q. iterum probetur: quae ver-
ba sunt singularia, licet Bal. visus fuerit Pe. reprobare: nesciens
si non consideras q. dicebat. & postea in fi. videtur approbare:
licet verba notare. Sed dubium est posito q. possint fieri duo
iudicia dicto casu. an sit necessarius vnus libellus, an autem pos-
sintambo cumulari in eodem libello, saltem conditionaliter. vt
per usufructum vel praescriptionem rescindi: qua rescissione
ista peto declarari me dominum, & aduersarium condemnari
ad restituendum. Bal. hic videtur sentire quod nō & q. sint neces-
saria duo iudicia duplici ratione. Primò. quia ista sunt talia qd'

sententia absolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iud. in
secundo: ergo non pñt cumulari. vt in l. fundum. & l. fundi. ff. de
excep. Ista ratio nihil valet. quia procederet si cumulatio fieret
simpliciter, & non conditionaliter. per ea quae no. per Cy. in l. j.
infra de iudi. & per no. in l. conductores. infra. loc. & in l. j. ff. de
act. emp. in gl. & tetigi in l. edicta. §. de eden. Secunda ratio sua
est: quia actio rescissoria non est nata antequam praescriptio sit
rescissa: ergo super eo non potest fieri contestatio lit. sic & nec
cumulari. sicut non potest cumulari. petitio hereditatis cū que-
rela inofficiosi testamenti: quia nascitur post quærelam latam.
vt no. in l. qui de inofficioso. ff. de inoffi. testa. sed salua reueren-
tia ibi gl. expressè determinat contrarium in fi. q. querela & pe-
titio hereditatis possunt cumulari conditionaliter. nec ob. q. non
sit nata adhuc. hoc tollit per not. in l. nuda. j. de cotrahen. stip. vbi
fit contestatio antequam actio nascatur. & nascitur in ipsa contesta-
tione: eodem modo potest dici quod fiat sub conditione cū na-
scetur. i. post rescissam praescriptionem: ideo puto contrarium q.
possint cumulari: & si dicatur. quæ ergo differentia erit inter istū
casum quando fuit laesus in possessione: & praecedentem, post-
quam vtroque casu potest expediri in vno iudicio? Respondeo
q. in praecedenti expeditur totū per iudicis officium nobile. sed in
secundo rescissio praescriptionis sit per iudicis officium nobile.
& restitutio rei sit iure actionis rescissoriae. Item in praecedenti ca-
su nō possunt dictari duo iudicia sed vnū tantū. in hoc verò secū-
do pot. actor dictare duo, vel etiā tantū vnū, cumulādo duo reme-
dia. dñs aut Raph. tenet q. etiā in hoc secūdo casu nō possunt di-
ctari duo iudicia: sed vnū tantū: quia licet ppter absentiam nō sit le-
sus in possessione, attñ poterit possessionē petere per ea quæ in li-
belli habent. in l. si mulier. ff. de cōdi. ob. cau. vbi si liberaui te per
acceptilationē ob cau. quæ nō est sequuta, possum contradicere
pecuniā debitā. & tñ eā tibi nō solui: sed liberationē praestiti, ne fi-
ant per plura quæ possunt fieri p pauciora: & dicit ipse q. satis est
cōueniēs q. de vno cerasio fiat duo boli. & ita intelligit op. Mar.
q. sit vera indistinctio: sed in hoc nō recedo à distinctione doc. p.
illum. §. sed cū rescissa. si actor vul vt fiant duo iudicia. supplēdo
(vt dixi) q. potest fieri etiā vnum. Caetera dic vt not. in d. §. sed
quod simpliciter. & per Cyn. hic. & in l. si. j. de tēpo. in integ. rest.

1. Quis dicatur latitare, & quod per aduocationem quæ sit ex secundo decreto debitor perdat dominum.

2. Cum contra absentem non possit perueniri ad secundum decretū, qualiter provideatur creditoribus si non vult tantum expectare quod absens redeat, & pro quo nullus uenit ad defensionem.

3. Contra absentem quando possit perueniri ad secundū decretum? & quando restituatur?

LEX.

III.

1. **I**gnorare. Contra absentem non latitantem potest perueniri ad primum decretū: non ad secundum: sed postquam incepit latitare, ex primo decreto interposito contra non latitantem poterit perueniri ad secundum. h. d. In tex. ibi: [possideri.] id est cre-
ditorem in possessionem mitti. non tamen possideri: sed detineri. vt l. iij. §. si ff. de acqui. pos. & l. si duo. §. si creditores. ff. vi. pos. &
sic modicum sit praedictum absentis: quia nec perdit dominū, nec possessionē: sed duntaxat incommo-
datur: & attentatur per creditorem missum in tenutam: quia potest percipere fructus, et ingredi possessionē, & aliqua facere contra voluntatē debitoris: ideo quia non est magni praedicti, potest fieri cōtra absentē cā reipublice. licet non sit cōtūmax: sufficit enim q. nō defendat si-
cut pot. fieri cōtra pupillū. vt in gl. quæ tñ potest dici cōtūmax.
2. In tex. ibi: [venditionem autem.] vel aduocationē, quæ dicunt fieri ex secundo decreto: & sunt praedictales: quia debitor perdet dominum: ideo nō possunt fieri nisi cōtra latitantē. i. turpiter se oc-
cultatē: quia cū nuntius vadit ad ipsum citandum, abscondit se: vel facit dici q. nō est i. domo: & nuntius ita refert. vt in l. Fulcinius. §. quid sit aut latitare. ff. quibus ex cau. in pos. eaf. & per illum tex. Bar. reprehendit Iac. de are. qui tenuit q. ad secundū decretū con-
tra latitantē nō possit perueniri: nisi etiā primum fuerit interpo-
sitū contra latitantē. q. est falsum. & est hic casus. quia fuit inter-
positū tpe absentiae causa reipublicae: & sic nec latitabat, nec erat cōtūmax: quia vtrūq. illorū praesupponit delictū, seu dolū verū vel praesumptū. vt in l. cōtūmaxia. ff. de re iudi. & in hoc neuter istorū est: & tamē virtute ipsius primi decreti interpositi contra nō latitantē peruenitur ad secundū, si postea incipit latitare. vt
3. hic. §. Sed quærit Bart. quid si creditor nō vult tantum expectare

Pauli de Castro Prima super Codice.

a *Privilegiat. Adde Bar. an l. verū. in s. l. e. queritur. ff. de mino. Bal. l. i. §. C. de privi. fici. Abb. in c. in pre. sentia. de probatio. in xv. col.*
b *Militū. Adde Bar. in Lex eo. ff. de testa. mil. l. veterani. ff. ad legē fal. l. i. §. C. nego. ne mili. x. §. in l. de test. mil. in princi. per Spec. in ti. de procu. §. i. ver. Itē q. est mi. les. & in ti. de acc. §. j. Itē ex cipi. latissime per Alex. de Imo. in l. Centurio. colū. iij. ver. vlt. ff. de vulga. & pup. Franc. Cur.*

re q. redeat, qualiter sibi prouidebit, si nul-
lus venit ad defensionē: nec est conueniens
quod absentia illius (licet iusta) noceat ere-
ditori. Respondet qd si certū est illū de pxi-
mo rediturū, cogitur expectare per ea q. ha-
bent in l. si longius in prin. ff. de iudi. sed si
longo tēpore est abfuturus, dabitur curator
bonis absentis, & indefensi l. ab hostibus.
in prin. ff. quib. ex cau. in pos. ea. & cōtra il-
lū dabitur libellus: & cū eo lis agitatū &
& dabitur diffinitia q. postea mittetur exe-
cutioni in bonis absentis. vt in tit. de cu. bo.
dan. ¶ In gl. ibi: [vel quod melius:] dic illā
op. sunt cōtrariā & tū vtrāq. est vera in ca-
su suo. Vnde dic pro concordia, quod aut
agebatur contra absentē ex facto suo: puta
actione personali descendente ex cōtractu,
vel quasi delicto, vel quasi ipsius, v. l. actioe reali ratiōe possesio-
nis per ipsum detentā: & tūc secundū decretū interpositū cōtra
nō latitante est ipso iure nullū: quia deficit id quod erat substan-
tiale ipsius decreti, l. latitatio: sine qua non poterat ad ipsum per-
ueniri. vt d. l. Fulcinius. §. j. & i. ergo & c. vt in l. cū hi. §. si ptor. ff.
de traslac. aut agebatur cōtra eū nō ex facto suo, sed ex facto rei
sue, seu de facto, puta actione personali noxali ex noxa data a
seruo suo: vel agebat vt cauere de damno infecto ppter domū
suam quæ erat ruinosā quibus casibus contra nō defendentem
fit immissio in possessionem serui, vel domus ruinosæ: & illo ca-
su pōt perueniri ad scdm decretū sine latitatione, postquā non
agitur ex facto ipsius dñi. Ideo valet mero iure: sed si erat absens
causa rei publicæ reuersus restituit. vt in l. si finita. §. si fore. ff. de
dā. infec. secus si alia absentia nō privilegiata & ita reducunt ad
concordiā gl. q. vident cōtrariā adinuicē. in l. Fulcinius. §. j. ff.
qui. ex cau. in pos. ea. in glo. quæ incip. no. duo. & in §. sed is qui
fraudationis. gl. quæ incip. nā & voluntas & in l. cū qui. de privi.
cred. & l. Imperatores. potest etiam dici q. in hoc secundo casu si
iudex sciebat absentiam causā reipublicæ: non valeat ipso iure,
sicut in primo per id quod habetur in tex. & gl. in l. quæsitum. ff.
de re iudi. qñ verō ignorabat, procederet distinctio supradicta.

a *Privilegiatus quod utatur privilegio suo contra alium privilegiatum, si sunt privi-
legiati diuersis privilegijs.*

LEX V.

N *Eque reipublicæ.* ¶ Etiam aduersus fili-
cū restituitur ille qui
fuit absens causa reipublicæ. hoc dicit. Premitte ea q.
habentur in l. si. si. aduersus fili. & no. hic q. quadrien-
nium de quo ibi no. currit absenti causa reipub. licet non currat
minor: vt ibi in tex. & in glo. & in hoc minor melioris est condi-
tionis. ¶ No. hic quod privilegiatus vtitur suo privilegio aduer-
sus alium privilegiatum: ratio est quia sunt privilegiati diuersis
privilegijs quod dic vt in aut. quas actiones. s. de sac. fan. eccle.

a *Si debitor est absens, qualiter fiat venditio pignoris, si dederat creditori licentiam
vendendi.*

LEX VI.

S *cum militaribus.* ¶ Aduersus venditio-
nem pignoris, factam
per creditorem restituitur absens causa rei publi. h. d.
sicut & minor. vt s. si aduer. ven. pign. & glo. hic in l. ij.
quæ reputatur notabilis dicit hoc esse verum quando venditio
fuit facta per l. non ex pacto. ¶ Nam primo casu aliquid fuit ge-
stum cum absente: quia fuit requisitus ad domū vt solueret ter.
secundum formam l. si conuenerit. ff. de pig. acti. Secundo casu
non expeditur ipsum requirere. Et sic secū nihil fuit gestum si-
cut dicimus in minore: vt no. in l. illius titu. In tex. ibi. [distrahe-
runt.] Et sic transfulerunt dominium si vendiderunt cum solen-
nitate debita: licet ipsi dominium non haberent. vt in d. l. si con-
uenerit. In tex. ibi: [retractataque veditio.] dic. l. per officium
iudicis nobile quod dicitur rescindēs quod autem sequitur. [re-
cipies possessiones.] expeditur per vtilem rescissoriam rei ven-
dicatione: & sic erunt duo iudicia: quod dic vt dixi in l. quod tē-
pore. Sed do. Raph. tenet cōtrariū: q. illa distin. an aliquid fuerit
gestū cū minore, vel nō: ideo fit. q. verba edicti ptoris de mino.

loquunt de his q. gesta sunt cū minore: vt pater in l. j. ff. de mino.
vbi dicitur quod cum minore gestum est & c. sed verba edicti
patoris in titu. quib. ex cau. ma. quorum sententia ponitur in l.
ij. s. eo. non loquuntur de his quæ gesta sunt cū absente: sed lo-
quuntur in rem, videlicet si quid de bonis eorū qui reip. causa
absentes sunt, diminutum est: sed negari nō potest quin si ere-
ditor vendidit pignus, etiam ex pacto diminuat de bonis ab-
sentis: q. perdit dominium & transfert in emptorem: ergo locum
habent verba edicti: & per cōsequēs eius dispositio vt restituitur
in integ. sed op. gl. & doc. ipsam sequentis plus placet: q. maior
nō restituit ratione absentie aduersus gesta per eū. vt j. in l. pxi.
sed aduersus neglectā: licet minor etiā aduersus gesta restituitur
si ergo dedit creditori licentiā vendēdi si nō solueret infra termi-
num, & creditor vendidit si restitueretur aduersus veditioem,
restitueretur aduersus gesta per eum. i. aduersus pactū seu licen-
tiam datam de vendendo, quod esse non debet: illud ergo quod
dicitur in l. ij. s. eo. si quid de bonis eorum diminutum sit debet
intelligi quando propter eius negligentiam vel omissionē esse
diminutum, non interueniente pacto suo: sed hic interuenit.

LEX VII.

A *quæ a patre.* ¶ Hares non potest restitu-
aduersus contractum celo-
bratum per defunctum ratione absentie ipsius defun-
cti. nec etiam ratione absentie sue. h. d. secundum gl.
doc. qui ponunt casum q. hic tam pater q. fecit contractū, quam
etiā filius q. erat miles, & fuerit abientes causa reipublicæ: vt vñ
dicimus per hanc l. in hoc esse differentia inter talē absentē & mi-
norē: q. minor restituitur tā aduersus eam si fuit laicus, quam ad-
uersus neglectā & omissionē: sed abiens causa reipublicæ, vel aliter
impeditus, propter quod meref restitutionē per tit. quib. ex cau.
ma. non restituit nisi aduersus omilla nō aut aduersus gesta per
eum. Et pone casum: vt videatur habere dubitationem q. hic
le pater miles esset absens causa reipublicæ, fecit quendā contra-
ctum in quo fuit laicus, nec fuit conquestus in vita sua: sed post
eius mortē filius eius, q. similiter erat miles, & abiens volebat re-
stitui tā ppter absentia patris, quā propter propriā & dicit hic q.
non pōt maxime q. pater non fuit conquestus certē etiā si con-
questus fuisset, nō debuisset audiri: quia nō videtur laicus fuisse
cilitate: cum esset maior nec propter absentiam: q. potuisset ab-
stinere a contrahendo si voluisset fuit ergo laicus sui culpa, ergo
& c. vt in regu. damnum. de regu. iur. lib. vj.

a *Militēs nostri temporis, qui non occupantur pro rep. sed a nobis per placet, &
propria negotia gerunt, & honorantur in sessionibus, quod non habeant privile-
gia militum.*

LEX VIII.

S *Ancimus.* ¶ Militēs non habēt privilegiū nisi
pro tpe quo sunt in expeditione re-
publicæ. h. d. ¶ & ideo dñt Doct. q. hāc l. q. milites non
altri tps, q. nō occupant p re publica: sed vadūt p pla-
teas, & propria negotia gerūt, & honorant in sessionibus nō ha-
bēt privilegia militū. vt etiā no. in l. j. s. de iuris & fac. ign. sed si
ciuitas ppta haberet guerrā, & ipsi staret ad stipendia ciuitatis
sicut alij stipendarij, vt q. debeāt habere privilegia in sua ciuita-
te, sicut habebant milites Romani: q. stabant in expeditione mi-
litari pro republi. & tū habebant stipēdia, & nō solū milites, imo
etiā quicūq. homines armorū q. staret ad stipēdia ciuitatis, nam
potius inspicitur actus militaris quā cingulū: olim enim Romā-
ni non mittebāt ciues suos nisi esset milites, q. iurabant pro repu-
bli. nō euitare mortē. vt no. in l. pe. qui. ex cau. ma. hodie nō est
vlu q. omnes armigeri sint milites. dicitur ergo q. milites nō ha-
bent privilegium militare, vt possint restitui in integrum.

*De uxoribus militum, & eorum qui reipu. causa
sunt.*
Rubrica.

a *Vxor an cogatur inuita sequi maritum quocūq. loco ierit: quod non.*
b *Famili quos milites secum ducunt de patria propria, an merentur retributionem sua
ipsi milites?*
c *Quid de chirurgis, quos secum ducunt.*
d *Pecens restitutionem aduersus venditionem rei sue, vel aduersus prescriptionem, an
cesse habet ostendere q. illa res sit sua, ut rescindatur venditio, vel prescriptio, &
qualiter hoc intelligatur?*